Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Stilübungen - Cod. Ettenheim-Münster 280

[S.l.], 1629-1630

12. Decembre 1629

urn:nbn:de:bsz:31-129963

Visual Library

donné le 13 Decembre 1629.

Compositio latina.

Tria genera poculorum esse dixerunt illi qui loquuti sunt de potu, videlicet poculum necessitatis, poculum hilaritatis, et poculum voluptatis sive superfluitatis. — Quoad poculum necessitatis, illud est ad extinguendum sitim, et non est vituperandum sed naturale et necessarium homini, qui cibo opus habet ad sustentationem huius vitae corporalis et nulla lex pro hoc primo poculo est statuta nisi respectu quarundam circumstantiarum. Secundum poculum, quod est poculum hilaritatis etiam non est prohibitum quia servit principali fini, ob quem Deus creavit vinum, videlicet ut det gaudium humano cordi, sicuti scriptum est in psalmo centesimo et quarto. Concessum est non solum iis, qui sunt sani, ~~sicuti~~ senibus et personis tristibus, sed etiam infirmis, quibus temperamentum est siccius, quam humidius, ideoque debet parcius edere et largius bibere.

Correctum 13 Decembris 1629.